



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad  
Dominicam Septuagesimæ

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Die 2. Ianuarii. Quæ est Octava S. Stephani, de prima conditione puræ  
intentionis ut sit pura à peccato: Non sunt facienda mala ut eveniant  
bona.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44194**

# DIE II. JANUARI.

QVÆ EST OCTAVA S. STEPHANI.  
DE PRIMA CONDITIONE PURÆ  
INTENTIONIS, UT SIT PURA A PECCATO;  
EX PRIMO ANTIQUÆ CIRCUMCISIONIS  
EFFECTU, QUI EST PURGATIO  
PECCATI ORIGINALIS.

*Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi  
corda, à mala conscientia. Hebr. 10.*

## VERITAS PRACTICA.

Non sunt faciendæ mala, ut eveniant bonâ.

*RATIO EST, Quia quod absolute & simpli-  
citer vetatur à Deo, non potest ullo planè præ-  
sentu fieri.*

*Sed malum seu peccatum quodcumque sit, simpli-  
citer & absolute vetatur à Deo.*

*Ergo non potest hoc prætextu fieri, ut eveniant bo-  
na. In quo tamen multi se ipsa dissentiant.*

## I. PUNCTUM.

**T**ANTI refert puram in omnibus ad-  
hibere Intentionem & rectum sibi fi-  
nem proponere, ut plures de hoc ar-  
gumento institui debeant Considera-  
tiones, sive ad plenioram rei cognitionem, sive  
ad majorem ejusdem commendationem. Ex  
multis autem quæ considerari possent, selectæ  
sunt tres Intentionis puræ Conditiones, quæ  
ex totidem antiquæ & Mosaicæ Circumcisi-  
onis effectis depromuntur. Quarum prima est  
ut Intentio sit pura ab omni peccato, sicut o-  
lim Circumcisio excluderat peccatum. Sic S.  
Ambrosius. *Circumcisio, inquit, purgationem  
significat delictorum.*

*In Luc.*

Et vero dupliciter intelligi potest, purgatio-  
nem à delicto esse necessariam puræ inten-  
tioni; Primò ut conscientia munda sit ab om-

ni peccato mortali, sitque ille in statu gratiæ  
sanctificantis qui præ se fert puram habere in-  
tentionem, cum alioquin non sufficeret illa  
intentio ad impertiendam actionibus vim &  
valorem æterni meriti. Et si distribuero in cibos  
pauperum omnes facultates meas, & si tradidero  
corpus meum, ita ut ardeam, Charitatem autem  
non habuero, nihil mihi prodest, ait Apostolus.  
Est autem eadem ratio Charitatis & Gratiæ  
sanctificantis, quantum ad valorem & meri-  
tum nostrorum operum. Quo de argumento  
præclare & fuse sanctus Bernardus, in illud  
Canticorum; *Fulchra sunt gena tua sicut iurta-  
ria.*

*1. Cor. 13.*

*Serm. 40.  
Cant. 1.*

Secundò, necesse est ut illud opus cui Inten-  
tio est præfigenda, non sit malum ex se, aut ve-  
titum, Neque enim bonus finis, aut intentio  
boni alicujus, potest id bonum facere quod est  
malum, neque id quod est malum potest bene  
& licitè fieri, ut fiat aliquod bonum. *Blaspho-  
mamus, inquit Apostolus, & sicut ajunt qui-  
dam nos dicere, faciamus mala ut veniant bona,  
quorum damnatio justa est.* Id est, damnandus  
talis sensus. Nos Christiani longè absumus ab  
illa sententia quam damnamus. Hoc enim nū-  
quam licet quovis prætextu. Hæc est commu-  
nis interpretatio verborum Apostoli, quæ non  
obstante, multi secus in praxi faciunt, qui non  
vetentur mentiri, aut aliud quid mali facere, ut  
sibi vel proximo beneficiant. Ideitò hæc Ve-  
ritas attentius est consideranda, statuendamq;

*Rom. 3.*

in praxi, prorsus Nulla unquam esse faciendâ mala, ut eveniant bona.

Ratio est facilis & efficax, quia quod absolute & simpliciter vetatur a Deo, nullo planè prætextu potest licitè fieri. Hoc est enim unum & idem, absolute vetari, & nunquam posse fieri. Nam si posset esse aliquis casus quo contravenire liceret, non esset absolute & simpliciter à Deo vetitum: itz namque voces, *Absolute & simpliciter*, excludunt omnem casum & omnem epij Keia actum. Quod enim de humanis legibus dicitur, aliquem posse evenire casum, quem non præviderit Legislator, & in quo æquitas postulet ut à verbis legis discedatur, non potest dici de Divinis, cum nihil evenire possit quod non præviderit Deus; ac proinde quando aliquid apertè constat esse absolute vetitum, nullus relinquatur dispensationi aut excusationi locus; sic absolute est abstinendum ut veratur. *Non adderis*, inquit, *ad verbum quod vobis loquor, nec auferetur ex eo. Custodite mandata Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis.* Nonnè id æquum? Quid igitur contra posset prætendi, nisi quod iniquum? Sic verè dictum est, *Omnia qui faciunt peccatum, & iniquitatem faciunt, & peccatum est iniquitas.*

E. 2. q. 120.

Deus. 4.

1. Ioan. 3.

Dei æternam, & illi Bonitati maximè repugnat, non ut forma formæ, sed ut inordinatum & distortum suæ regulæ & mensuræ.

Sic passim Scripturæ omnes: *Deus illorum odit iniquitatem. MVNDI sunt oculi sui ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poterit. NON dicas, ille me implanavit, non enim necessarij sunt ei homines impij. Omne sacramentum ei rorū odit Dominus, & non erit amabile timensibus eum. Nemini mandavit impiè agere, & nemini dedit spatium peccandi.* Id est, nulla est persona cui liceat, nullus locus, aut tempus quo id liceat. Hinc Tobias Filio suo, *Omnibus diebus vita tua in mente habeto Deum & cave ne aliquando peccato consentias.* Et in particulari, mendacium dicitur esse inter ea quæ Deus odit præcipuè, imo & *Abominatio est Domino, labia mendacia.* Et ne quod forte excludas mendacium, *Noli inquit velle mētiri, omne mendacium.* Deniquè nihil est quod magis irriter Deum, quàm si quis sibi fingat ali-quod esse tempus, aut locum, aut eam, in quo mentiri vel peccare liceat. *Propter quid irruavit impius Deum? Dixit enim in corde suo, non requiret. O Impietatem! ò blasphemiam! desinerec esse Deus, si non requireret. Et tamen quàm multi hoc corde dicunt!*

Lectus de perf. divi.

l. 8. c. 1.

Iudith 5.

Habac. 1.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

## II. PUNCTUM.

**S**ED malum quodlibet seu quodcumque peccatum, simpliciter & absolute vetatur à Deo.

Non quidquid vetat Deus, sic absolute semper vetat, ut aliter Ipso dispensante, vel mutante leges, non possit fieri; sicut patet in lege veteri abrogata: sed aliud est aliquid esse malum, quia vetitum: & aliud, esse vetitum quia malum. Tale est autem mendacium & illud malum de quo hic agitur, malum est intrinsecè, ut dicitur, & ex natura sua tale, aut certè sic supponitur; quo supposito affirmatur, id absolute & simpliciter vetari à Deo, quia non potest non vetare illud Deus, sicut non potest non odisse. Quis enim nescit odium quod Deus habet de malo seu peccato, esse necessarium, esse infinitum, esse ira immutabile, sicut ipsius Dei natura est immutabilis? Nam cum à Natura sua, ac proinde necessario amet Rectitudinem Legis æternæ, nec non Bonitatem & Perfectiorem suam, necessario etiàm odit & vetat quidquid tali Rectitudini & Bonitati adversatur: adversatur autem illi omne peccatum, quia ratio peccati in eo sita est, quod sit contra legem

2. 2. q. 110.  
a. 3. ex S.  
August.

## III. PUNCTUM.

**N**UNQUAM igitur sunt faciendâ mala, ut eveniant bona; Quia nunquam quocumque prætextu id faciendum est quod simpliciter & absolute est vetitum (tanquam malum, & quod non potest non esse vetitum, licet non potest non esse malum, Nam bonum quod inde sequitur, non impedit quo minus malum sit malum, nec proinde quo minus sit vetitum, nec denique quò minus sit cavendum. *Nimis odito execrationem*, ait Sapiens, id est supra quàm quidlibet aliud, quod te ab illius odio revocare possit. Unde & S. Augustinus præclare in sententiis, *Peccare est inhonorare Deum, quod non debet facere homo, etiamsi totum periret quod non est Deus.* Et ne putes mendacium idcirco non esse peccatum, quia potest prodesse, Nonne possunt, inquit Idem, *Et furando prodesse? nec ideo tale furtum quocumque dixerit non esse peccatum.* **NUNQUID** Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos? Numquid faciem ejus accipitis, & pro Deo judicare nitimini: aut placebit ei quem oculare nihil potest, aut decipie-

Lectus de perf. divi.

l. 8. c. 1.

Iudith 5.

Habac. 1.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Eccles. 15.

Iob. 13. lib.  
1. c. 15.

epietur ut homo, vestra fraudulentis? Ipse vos arguat. Sic aptissime Job Nec negligendus Author libri de Imitatione Christi, qui hæc expresse habet, Pro nulla re mundi & pro nullius hominu dilectione, aliquod malum est faciendum; sed pro utilitate tamen indigentis, opus bonum liberè aliquando intermittendum est.

Ep. ad Col. 1. c. 15.

Vide in his quantum delinquas. Et illud sancti Hieronymi ad dirigendam intentionem tuam, & alia quævis recte operanda plurimi facito; Edificanti tibi spirituales domum, non super levitatem arena, seu soliditatem Petra, in-

nocentia imprimis fundamentum ponatur. Itemque illud Apostoli, Volo vos sapiens esse in bono, & simplices in malo. Nempe ut bonum fiat vel non fiat, sapienter est dijudicandum ex circumstantiis: Sed ad malum evitandum, sola simplicitas adfir. Quia omne malum est evitandum. Nullus mali delectus est, ubi omne malum excluditur.

Rom. 16.

Vide ferias infra Dominicam secundam post Epiphaniam, & alias ubi de peccato, ex Indicibus,

## DIE III. JANUARI.

QVÆ EST OCTAVA S. IOANNIS APOSTOLI.  
DE SECUNDA CONDITIONE PURÆ  
INTENTIONIS, Vt STUDIUM CONTINUUM.  
REPRIMENDÆ CONCUPISCENTIÆ COM-  
PREHENDAT, QUOD IN LEGALI  
CIRCUMCISIONE FIGURABATUR.

*Circumcidite præputium cordis vestri, & cervicem vestram ne induretis amplius. Deut. 10.*

## VERITAS PRACTICA.

Totius difficultatis de pura Intentione solutio, studium est continuum reprimendæ Concupiscentiæ.

RATIO EST, Quia tota difficultas de pura intentione versatur circa sufficientem voluntatu dispositionem, ad hanc puritatem inducendam.

Sed ex studio continuo reprimendæ Concupiscentiæ, cognoscitur sufficientis voluntatu dispositio ad talem effectum.

Ergo 2da est solutio totius difficultatis. Ac providendo illud studium continuum maxime est necessarium.

## I. PUNCTUM.

QUOD Circumcisio legalis figura esset: Circumcisionis spiritualis quæ est mortificatio interior seu studium reprimendæ Concupiscentiæ, jam dictum est ex Apostolo qui de se ac nobis omnibus, Nos sumus, inquit, Circumcisio, qui spiritu servimus Deo, Et alibi: Circumcisio cordis in spiritu, & non litera: Q. d. Hæc est vera Circumcisio, qua cordis concupiscentiæ circumciduntur: hæc est spiritualis ad quam carnalis velut ad finem refertur: hæc est quæ fit per Spiritum sanctum non juxta literam legis Mosaicæ. Et rursum ubi de Christo Domino: Et essu, inquit in illo repleti, qui est Caput omnium principatum & potest.

Phil. 3.

Rom. 2.

Col. 2.